Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1210
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



21
28

eni orbis tre et plenitudo eius Numquid mandu
cabo carnes thaurorum aut sanguinem hircorum potabo
Immola deo sacrificium laudis et redde altissimo vo
ta tua Et inuoca me in die tribulacionis et eruam te
et honorificabis me Peccatori autem dixit deus quare
tu enarras iustitias meas et assumis testamentum
meum per os tuum Tu vero odisti disciplinam et pro
iecisti sermones meos retrorsum Si videbas furem
currebas cum eo et cum adulteris porcionem tuam
ponebas Os tuum habundauit malicia et lingua
tua concinnabat dolos Sedens aduersum fratrem tuum
loquebaris et aduersum filium matris tue ponebas scan
dalum hec fecisti et tacui existimasti iniquo quod
ero tui similis arguam te et statuam contra faciem
tuam Intelligite hec qui obliuiscimini deum ne quan
do rapiat et non sit qui eripiat Sacrificium laudis
honorificabit me eternum illic iter quo ostendam
illi salutare dei psalmus dauid
Miserere mei deus secundum magnam misericor
diam tuam Et secundum multitudinem miserac
ionum tuarum dele iniquitatem meam Amplius laua
me ab iniquitate mea et a peccato meo munda me Quo
iniquitatem meam ego agnosco et peccatum meum contra
me est semper tibi soli peccaui et malum coram te feci
ut iustificeris in sermonibus tuis et vincas cum iu
dicaris Ecce enim iniquitatibus concept sum et in
peccatis concepit me mater mea Ecce enim veritatem
dilexisti incerta et occulta sapientie tue manifes
tasti michi Asperges me domine ysopo et munda
bor lauabis me et super niuem dealbabor Auditui meo
dabis gaudium et leticiam et exultabunt ossa humi
liata Auerte faciem tuam a peccatis meis et omnes